

## Aduertencias para

earum curam suscipere, sed ex sola Charita-  
te, licet credat probabiliter, q̄ ipse oves meli-  
us curabuntur per hunc quam per alium, qui  
adhoc se obligat, & earum curam in se reci-  
pit. Hoc videtur fundatum in Aristotele di-  
cēte in Topicis. cap. 29. De similibus [inquit]  
idem est iudicium. Ad hoc dici potest, q̄ illa  
Maxima Aristotelis secundum Petrum Ta-  
taretum & Titelmanum, intelligitur, quando  
id, quod assumitur, cum eo, quod probatur, e  
qualem habet similitudinem, id est, quando v-  
trobique est equalis apparentia veritatis. Ali-  
as illa Maxima non habet locum. Inde est,  
q̄ communiter dicitur: Argumentum assimili-  
claudicat uno pede. In nostro autem proposi-  
to, non est equalis similitudo, neque equalis  
ratio possessoris ad rem possessam, maxime si  
est inanimata: qualis est Pastoris, & Episco-  
pi ad oves suas: ideo illa ratio & argumen-  
tum, nihil probat, sed potius debet in hoc di-  
ci illud, quod idem Philosophus dicit in ip-  
sis Topicis. cap. 22. quando dicit, q̄ de simili-  
bus non idem est iudicium, quandoquidem  
longe aliter se habet possessor ad rem suam in  
animatam, in animatam dico, propter seruos,  
quam Pastor, & Episcopus ad suas oves. Et

hec